

fiat ex verbis illis que retulimus: Et si continuo creditur moriturus, infundatur ei ejus Eucharistia; hoc enim dari non solet, nisi previa absolutione Sacramentali. Item patet de Sancto Leone, & agnoscit S. Thomas 3. part. quest. 84. art. 3. ad 2. Nam sanctus ille Pontifex paulo ante verba relat. dicit: Misericordiam Dei ita lapsus suscepisse hujusmodi, & divina sua bonitatis presidio sic ordinasse erga baptizantis; ut indulgentia Dei, nisi supplicioribus Sacramentum nequeat obtineri, Indeque inferit, non esse negandam penitentiam infirmis petentibus, ut habentibus testimonium quod petierit.

Secundo, quia D. Thomas opusc. 65. 5. de Sacramento Extremae Unctionis aperte docet debere Sacramentaliter absolvi infirmum, qui notitiam vel loquelam amisit, antequam Sacerdos veniret ad eum; nihilominus unquam eum Sacerdos, quis in tali casu debet etiam baptizari, & a peccatis absolvi. Unde illi Thomista qui oppositum docent, tam apertum S. Doctoris testimonium non vident. Nec illorum fundamenta urgent, ad primum enim respondetur quod Confessio facta per signa, est vera Confessio, sicut illa que fit a multis per nutus; sicut enim nutus possunt gerere vicem verborum, ita & signa. Ad secundum vero dicatur, ad iudicium fori penitentiam sufficere qualemcumque notitiam qualis a reo hic & nunc haberi potest, nec requiri necessario cognitionem peccati in specie, sed sufficere notitiam ejus in genere, ut supra ex D. Thoma ostensum est. Hac ergo solutione pratermissa, vel in sua probabilitate relicta

78 Respondeo ad argumentum principalia, concessio Antecedente, negando Consequentiam. Nam in nostro casu moribundus quasi per interpretem constituitur (quod semper licitum est) scilicet per testimonium eorum qui audierunt illum postulatam Confessionem, vel qui signa contritionis in eo viderunt; & alias Confessarius eum habet quasi presentem moraliter; quia ille est sufficienter presens, ut certificetur Sacerdos, ipsum non mutasse priorem voluntatem, cum videat illum carere sensu, ab eo tempore quo petivit Confessionem; & sic secure absolvitur, & ad minus sub conditione debet absolvi. At vero in casu Suaris, Confessarius non habet, nec habere potest certitudinem moralem, nisi ratificet Confessionem quam petens non mutaverit, ut supra ostensum est; quare non potest illum absolvere, nisi ratificet Confessionem quam per litteras vel internumtum fecerat, & de peccatis per litteras, vel internumtum declaratis se dolere testetur; quod est confiteri Sacerdoti presenti, ut supra in ultima probatione tertie conclusionis declaravimus. Unde licet Clemens VIII. & Paulus V. sententiam Suaris iuste damnaverint, eamque ex quarto ejus tomo in 3. partem expungi & amoveri jufferint, ut ex supra dictis patet: recte tamen postea declararunt, posse & debere Sacerdotem absolvere moribundum, qui ipso absente signa contritionis exhibuit in ordine ad claves Ecclesie, petendo scilicet Confessionem, dummodo sint fide digni, qui de hoc testimonium perhibeant, talemque casum non comprehendit in supra dicto decreto, quo Clemens VIII. declaravit non licere per litteras vel per internumtum Confessario absolvi Sacramentaliter confiteri. Ex quo intelliges, Theophilum Raynandum difficultatem omnino dissimulare & tegere, atque Lectori illudere, & scum facere, dum in predicto de Confessione epistolam vel internumtum controversiam in eo sitam esse, an absolutio Sacramentalis possit impendi moribundo, qui in absentia Confessarii signa contritionis exhibuit. Istud enim probabilissimum est, & decretis dictorum Pontificum omnino consonum. Illud vero omni probabilitate caret, ut Clemens VIII. in Decreto supra adducto declaravit, meritoque Suarez, & alios id afferentes damnavit.

79 Ex dictis consultata manet Jacobi Bajii, aliorumque Recentiorum sententia, qua docent posse absolvi moribundum, quamvis nullum exhibeat signum contritionis & desiderii absolutionis, si vixerit pie, suaque salutis in memor non fuerit; & multo magis, si audiendo sacrum, pramississet Confessionem, que solet fieri ab his qui interveniunt Sacerdoti; quia (inquit) presumptio est ipsum penitere suorum peccatorum; & hoc sufficit ad recipiendam tunc Sacramenta Eucharistie & Extremae Unctionis. Addunt, Clementem VIII. quemdam ruentem & fornice tempore D. Petri Romae sic absolvisse.

80 Verum hac sententia probabilitate caret; cum enim Sacramentum penitentiae per modum iudicii institutum sit, non potest perfici sine aliqua sui iudicatione, que est pars essentialis illius, & sine qua Sacerdos in foro penitentiae iudiciale sententiam ferre nequit, Unde non est par ratio de hoc Sacramento, & de Sacramentis Eucharistie, & Extremae Unctionis. Nec sufficit confessio generalis que fit ab his qui Missae interveniunt, vel illi assistunt; talis enim confessio non est pars Sacramenti penitentiae, sed solum aliquod Sacramentale, per quod in-

terdum remittuntur peccata venialia, sepeque contingit, illam fieri sine ullo profluo dolore de peccatis. Quod vero additur de Clemente VIII. fabulosum est, ut affirmat Cardinalis Delugo hic disp. 17. num. 34. post diligentem inquisitionem a viris gravibus & prudentibus, qui Romae tempore Clementis VIII. comorabantur.

Addo ad integrum & completam resolutionem huius celeberrimi difficultatis de confessione moribundi, non sufficere ut moribundus possit Sacramentaliter absolvi, quod offenderit signa devotionis vel doloris quomodocumque, sed requiri insuper quod Confessor petierit, & quod talis dolor aliquo modo ad confessionem referatur, quia non est materia & pars Sacramenti penitentiae, nisi prout dicitur ordinem ad claves Ecclesie.

DISPUTATIO XIII

De Satisfactione.

Ad quest. 12. Supplementi, & res sequentes,

Satisfactio est ultima pars Sacramenti penitentiae, prior quidem ordine intentionis ipsa absolutione, sed posterior ordine executionis: unde de illa postremo agimus, & procedenti Disputatione de absolutione Sacramentali actum subsungimus, in qua de satisfactione, tum ut est actus virtutis penitentiae, tum ut est pars Sacramenti, breviter differemus.

ARTICULUS I.

An homo possit satisfacere de condigno pro peccata temporali peccata mortalia debita?

Notandum primo, satisfactionem nihil aliud esse quam actionem qua reparatur inaequalitas orta ex injuria alteri illata. In quo distinguitur tum a restitutione, qua consistit in actione qua reparatur inaequalitas orta ex re aliena ablata invito domino, & a satisfactione, qua non est actio ipsius penitentis, sed per seipsum quaedam peccata a principio quodam extrinseco, puta a Iudice facta. Unde reus non dicitur proprie satisfacere, cum patitur poenas quas promeritus est, sed solum satisfaci. Similiter anima purgatorii luentes poenam temporalem ipsorum peccatis debitam, non proprie satisfaciunt, sed duntaxat satisfaciuntur.

Notandum secundo, quod offendens Deum per peccatum mortale, duplicem facit inaequalitatem; unam qua constituitur in creatura suum ultimum finem, ex qua incurrit reatum poena aeterna; alteram qua nimis indulget propriae voluntati, & delectationem inordinatam in fruitione creature percipit; & ex hac incurrit reatum poena temporalis, iuxta illud Apocalif. 18. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Prima inaequalitas semper tollitur per contritionem vel per attritionem cum Sacramento penitentiae, non vero secunda; nam remissa culpa per penitentiam, remanet interdum poena aliqua temporalis luenda; ut contra Lutheranos & Calvinistas docet Tridentinum sessio. 14. cap. 8. his verbis: Sacra Synodus declarat, falsum omnino esse, & a verbo Dei alienum, culpam a Domino nunquam remitti, quin universa etiam poena condonetur: perspicua enim & illustra in sacris litteris exempla reperuntur, quibus praeter divinam traditionem, hic error manifestissime revincitur. Exempla vero Scripturae, quae in margine citantur, hunc sunt: Genes. 3. plures & gravissima poena temporales decernuntur a Deo primis parentibus, pro peccato inobedientiae, etiam post ipsius condonationem quoad rationem culpe & poena aeternae. Numer. 18. Aaron pro remissione sibi incredulitatis peccato, puniuntur ibidem a Deo poena temporali, his verbis: Pergat Aaron ad populum suum, non enim intravit terram quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit tui meo ad aquas contradictionis. 2. Regum 12. David post condonata peccata adulterii, homicidii, ac numerationis populi, punitus adhuc fuit poenis temporalibus.

Favent etiam Ss. Patres: Augustinus enim in Enchiridio ad Laurentium cap. 66. verba illa Apostoli expendens: Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & deridantur multi, ait, hac dicit ab Apostolo de quibusdam temporalibus poenis quae in hoc vita peccantibus irrogantur, quae quoniam peccata delentur, ne referantur in finem. Et tract. 124. in Joann. hac scribit: Cogitur homo volvere etiam remissis peccatis, quomodo, ut in eum veniret misericordiam, primum fuit causa peccatorum. Prædicitur est poena quam culpa; ne parva purgaretur culpa, si cum illa finiretur & poena. Item Eucherius in lib. 2. Regum caput 8. Dominus inquit, delet peccatum, sed sine ulsione non deservit. Aut enim ipse homo in se punit, aut Deus punit. Simi-

Similia habent Origines homil. 8. in Levitic. Tertullianus lib. de poenis in fine, & Auctor libri de vera & falsa poenitentia apud Augustinum cap. 14. Dices: Quotiescumque Christus remittit peccata alicui, remittit sine ulla conditione, non retenta ulla poena, ut cum dixit paralitico: Remittuntur tibi peccata tua, & cum dixit de muliere peccatrice: Remittuntur illi peccata multa, quia dilexit multum: Ergo remissa culpa per poenitentiam, nulla remanet poena temporalis luenda.

Respondet, concessio Antecedente, negando consequentiam; Christus enim nunquam legitur remississe peccata, nisi ut miraculo quodam declararet suam divinitatem & potentiam; ut significaret Matth. 9. his verbis: Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem remittendi peccata, dico paralitico: Surge, tolle grabatum tuum & mira culum autem debuit esse perfectum omni ex parte, ut perfectum declararet Christi potentiam, ideo semper remittebat poenam simul cum culpa. Haec autem ratio non habet locum in remissione peccatorum qua fit de lege & via ordinaria, unde interdum remissa culpa non remittitur omnis poena temporalis qua illi debetur; quamvis non negemus quin fieri possit, atque adeo frequenter fiat, ut una cum culpa remittatur omnis poena.

Notandum tertio, satisfactionem pro peccatis esse duplicem. Una est Sacramentalis, qua iuxta Tridentinum sessio. 14. caput 3. per modum partis materialis ad Sacramenti penitentiae constitutionem, & ad plenam perfectamque peccatorum remissionem, ex institutione Christi requiritur; potestque definiti ex eodem Concilio capite 8. ejusdem sessionis: Actio per quam in Sacramento penitentiae restituimus Deo compensationem aliquam pro peccatis, iuxta sententiam sacerdotis. Altera est non Sacramentalis, per quam homo operibus a Sacerdote non injunctis, conatur aliquam pro peccatis restituere Deo compensationem; unde sic potest describi: Satisfactio est voluntaria sui poenitentia ad compensandum injuriam Deo pro peccatum illatum, eoque sic placandum; ut temporalem poenam remittat. Dicitur voluntaria sui poenitentia, tum ut significetur illam esse actum virtutis, qui in electione consistit, tum ut distinguatur a satisfactione, qua aliquis a principio extrinseco, puta a Iudice, invitatus patitur poenas quas meretur; Subditur ad compensandum injuriam, ut per hoc distinguatur a restitutione, qua bona ablata reddit, satisfactio vero injuriam Deo illatam compensat. Additur ad placandum Deum, ut poenam temporalem remittat, ut constitutur differentia inter satisfactionem seu compensationem pro culpa, & satisfactionem pro poena, de qua solum in presenti disputamus; de satisfactione enim pro culpa suse egimus in Tractatu de Incarnatione disp. 4. art. 1. ubi ostendimus purum hominem non posse de condigno seu ad aequalitatem Deo satisfacere pro culpa peccati mortalis; unde solum hic restat solvendum, an etiam impotens sit ad illi satisfaciendum de condigno pro poena temporalis tali peccato debita.

Dico igitur: Homo potest satisfacere de condigno pro poena temporali peccato mortali debita, non tamen de rigore justitiae.

Prima pars hujus conclusionis est contra Lutheranos & Calvinistas, negantes posse homines ullo modo satisfacere Deo pro reatu poena, immo & ulla poenam, post peccatum remissum; Deo luendam superesse, quippe quam totam putant semper cum culpa remitti. Quem errorem damnat Tridentinum loco supra citato, & can. 12. ubi sic dicitur: Si quis dixerit, totam poenam simul cum culpa remitti semper a Deo, & anathema sit. Est etiam contra Michelem Bajum, nam inter propositiones ejus a Pio V. Gregorio XIII. & Urbano VIII. damnatas, hac erat 59. Quando per elemosinas, aliaque pietatis opera, Deo satisfaciuntur pro poenis temporalibus, non dignum Deo pretium pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autumant; nam aliqui effectus aliquos saltem ex parte redemptores; sed aliquid factum curis intuitu Christi satisfactio nobis applicatur. Item 77. sic habet: Satisfactiones laboriosae justificarum non valent expiare de condigno poenam temporalem restantem post culpam condonatum. Demum eadem pars est contra Recentiores aliquos, afferentes nos a Deo satisfacere tantum de congruo, eo quod poena hujus vite non sint ejusdem rationis cum poenis vite futurae; qui autem solvit pretium ordinis inferioris, non solvit condigne & sufficienter, tamen pretium illud benigne & misericorditer acceptetur. Nihilominus

6 Probatur primo hac pars ex Tridentino sessio. 14. caput 8. & 9. canon 13. ubi asserit simpliciter & absolute nos Deo satisfacere pro poena temporali peccato debita: At non satisfacit simpliciter & absolute, nisi qui de condigno satisfacit; sicut non dicitur simpliciter & absolute mereri, nisi qui meretur de condigno: Ergo homo potest satisfacere de condigno pro poena temporali, peccato mortali debita.

Probatur secundo eadem pars ratione fundamentali. Satisfactio illa condigna dicitur, qua est moraliter aequalis rei debite: Sed satisfactiones qua Deo exhibemus possunt esse moraliter aequales poena temporali peccato mortali debite: Ergo pro tali poena possimus Deo satisfacere de condigno. Major patet, Minor etiam videtur manifesta; cum enim poena illa finita sit, potest adequari per satisfactionem finitam; ratio enim cur nulla satisfactio pura creaturae malitiam & gravitatem culpa mortalis adquare possit, est quia talis malitia est in genere moris simpliciter infinita, ut in Tractatu de Incarnatione disput. 4. art. 1. declaravimus. Immo ut recte admonet Cajetanus 3. parte quest. 85. artic. 3. actus contritionis possunt esse ita ferventes & intenti ut excedant debitum poena temporalis, juxta illud Job 6. Uinam appenderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitates quam patior in latera: quasi arena maris, hac gravior appareret.

Confirmatur: Si bona iustorum opera, facta in gratia, possunt esse valoris moraliter aequalis cum vita aeterna, atque adeo de condigno meritoria gloria; quanto magis possunt esse aequalis valoris cum poena temporali & finita, restante pro peccatis remissis, quo multo minoris est estimationis, subindeque pro illa satisfactoria de condigno?

Secunda pars conclusionis, qua asserit, purum hominem non posse satisfacere pro tali poena de rigore justitiae, non minus evidens est; ut enim ostendimus in Tractatu de Incarnatione disput. 4. artic. 4. ut aliqua satisfactio censetur esse de rigore justitiae, non sufficit quod fiat ad aequalitatem, & tantum a debitorum solvatur, quantum debetur creditori, sed requiritur insuper quod non fundetur in gratia creditoris, quod fiat ex bonis debitoris, & ex bonis aliis indebitis, seu quae nullo alio titulo debeantur creditori: Sed hoc conditiones reperiri nequeunt in nostris satisfactionibus, cum illae non sint ex bonis propriis, sed ex rebus ab ipso creditore, qui est Deus, & infinitis titulis illi debeantur, subindeque fundentur in gratia creditoris, qui potest, si vellet, alio titulo quam satisfactionis, opera nostra satisfactoria a nobis exigere. Unde Bernardus ait, quod Deus nos orat, cum exonerat; orat enim benedictus, cum exonerat peccatis: Ergo non possumus satisfacere Deo de rigore justitiae pro poena temporali peccato mortali debita. Quare nostrae satisfactiones non pertinent ad justitiam commutativam, sed ad virtutem penitentiae, qua est justitia quaedam imperfecta, & pars potentialis justitiae commutativae, ut disp. 2. ostendimus.

Contra primam partem nostrae conclusionis obijciunt Adverarii: Qui solvit pretium ordinis inferioris non solvit condigne & sufficienter, tamen pretium illud benigne & misericorditer a creditore acceptetur: Sed poenis hujus vite non sunt ejusdem rationis cum poenis vite futurae, sed multum ipsi inferioris & improprietate: Ergo per illas non possumus satisfacere de condigno pro poenis purgatorii peccato remissis debitis, tamen Deus pro poenis purgatorii poenas hujus vite benigne & misericorditer acceptetur.

Hoc est praecipuum, immo & unicum fundamentum, quo Recentiores supra citati moventur ad asserendum hominem per bona opera satisfactoria non satisfacere de condigno pro poena temporali peccato mortali debita. Verum hac ratio nullius momenti est, inuito enim magis gloria aeterna excedit bona iustorum opera, quam poena temporalis debita peccatis, & tamen ille excessus non impedit, quin bona iustorum opera sint satis proportionata ad merendum de condigno gloriam aeternam, quia nimirum (ut in Tractatu de merito disp. 2. art. 5. declaravimus) ad meritum de condigno non requiritur aequalitas rei, sive in esse entis (qua aequalitas rei arithmetica dicitur) inter meritum & premium, sed sufficit aequalitas proportionis, qua geometrica appellatur, seu aequalitas moralis in eo consistens, quod dignum sit apud praemiantis liberalitatem, ut tale opus tali premio compensetur. Sic etiam ad satisfaciendum de condigno pro poenis purgatorii non requiritur aequalitas omnimoda inter poenas hujus vite, & poenas purgatorii, sed sufficit aequalitas proportionis, seu aequalitas moralis, in eo consistens, quod dignum sit tale opus, aut talis poena voluntarie assumpta, ut Deum moveat, ne purgatorii poenas infligat. Unde ad argumentum in forma respondeo, distinguendo Majorem: Qui solvit pretium ordinis inferioris tam in esse moris, quam in esse physico, non solvit condigne & sufficienter, concedo Majorem. Qui solvit pretium ordinis inferioris in esse physico, habens tamen cum re debita proportionem quandam, & aequalitatem moralem, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam.



ARTICULUS II.

Quae conditiones ad satisfactionem requirantur?

Conditiones ad satisfaciendum requisitae sunt triplicis generis: aliae enim se tenent ex parte personae satisfaciendae; aliae ex parte operis quo satisficit; aliae vero ex parte eius cui fit satisfactio. De primis agemus in hoc paragrapho, de aliis vero in sequentibus.

§. I.

Conditiones ex parte satisfaciendae requisitae.

Deo primo: Ad satisfactionem requiritur ex parte satisfaciendae quod sit in gratia, subindeque opera quae eliciuntur ab homine in peccato mortali existente non sunt satisfactoria, etiam pro poena temporali peccatis remissis debita. Ita D. Thomas hic q. 14. art. 2. Probatur breviter, tum quia opera huius vitae, etiam poenalia, non sunt comparabilia, nec proportionem habent cum poena purgatorii, & consequenter per se non habent valorem ut remittant illam, sed indigent gratia qua hunc valorem accipiunt; gratia, inquam, non solum auxiliante, verum etiam, immo praecipue, sanctificante, ut conferat dignitatem personae qua satisfactio habet valorem & moralem proportionem ad debitum persolvendum. Tum etiam, quia non possumus satisfacere Deo, etiam pro poena peccatis debita, ex vera & stricta iustitia, ut articulo praecedenti ostensum est, sed tantum ex amicitia: Atqui satisfactio quae fundatur in amicitia divina, supponit gratiam: Ergo &c. Adde quod lex est generalis, ut quod sine caritate fit, nihil prodest ad vitam aeternam; quod tamen esset falsum, si opera extra caritatem facta, essent satisfactoria pro poena temporali, utpote cum reatus poenae temporalis quamdiu remanet, retardat a gloria affectuone.

Ex his constat, bona opera in mortali facta, non revivificat, etiam quoad satisfactionem, adveniente postea gratia, quia nunquam fuerunt viva & satisfactoria. Non sunt tamen illa opera etiam in peccatoribus omnino inutilia; valent enim primo ad satisfaciendum praeepto, secundo ad mitigandas passiones, tertio ad premium aliquod accidentale, quarto ad disponendum hominem ad similia bona opera, quando erit in gratia, elicienda. Denum, ut observat D. Thomas hic q. 14. art. 3. ad 3. sunt aliqua bona opera ex quibus manet aliquis effectus in satisfaciendibus; etiam postquam actus satisfactorius transiit, quae licet in statu peccati eliciantur, postea tamen ab homine iustificato possunt Deo in satisfactionem offerri: v. gr. ex jejuniis marei corporis debilitas, & ex elemosynarum largitione, substantia diminutio, quae sunt quaedam poenalia quae si homo iustificatus offerat Deo, acceptabit illas Deus in satisfactionem pro poena temporali, quamvis jejuniis & elemosynae largitio in statu peccati facta fuerit.

Lico secundo, ad satisfaciendum, ex parte satisfaciendae requiritur alia conditio, nimirum status victoris.

Probatur: De satisfactione eodem modo philosophandum est ac de merito, servata proportione, praesertim cum omnis actus satisfactorius sit etiam meritorius, ut infra dicemus: Ergo sicut post hanc vitam nullus est locus merito, ita nec satisfactioni: Unde Christus dicebat Joann. 9. Venit non ut peccati operari, sed ut non peccati meritorie vel satisfactorie operari, in quo non potest meritorie vel satisfactorie operari, in quo non potest meritorie vel satisfactorie operari, in quo non potest meritorie vel satisfactorie operari. Unde Origenes hom. 3. in Psalmum 36. Dominus & Salvator ait: Venit non ut peccati operari, & hoc dicit de illo tempore quod ante post hoc factum, tempore quo unusquisque pro malis suis recipit poenam. Tunc ergo dicit, nullum illam futuram, cum jam nemo potest operari aliquid, sed unusquisque tunc percipit ex operibus suis quae hic percipit operatus est. Cum ergo non fuerit, nemo operatur. In illo tempore malo, cum peccatores supplicia affliguntur, et sic sine dubio famis hic qui nullus fructus boni operis collegerat. In illo autem famis tempore, saturabuntur iusti ex fructibus iustitiae suae. Sicut enim in deserto sex diebus colligebat manna, in sexta autem die non audivit dicit modum, sed quantum sufficeret ad crastinum colligebat, unusquisque edebat in die Sabbati qui collegerat in die sexta: ita etiam nunc velat sexta quadam dicit putanda est Domini nostri Jesu Christi adventus, tempus hoc dispensationis eius, quam passione sua hoc in seculo procuravit. Et videtur dum in die sexta sumus, colligamus manna duplitem, ut sufficere nobis possit, dum advenit vera Sabbati observatio populo Dei. Si enim non collegerimus duplitem cibum, qui nobis & in praesenti seculo sufficiat & in futuro, in diebus famis non saturabimur.

Confirmatur: Si homo possit post mortem satisfacere, animae quae purgantur, cum eliciant ferventissimos & frequentissimos actus caritatis, & contritionis, statim pro

penis maximis satisfacerent; subindeque non diu detinerentur in purgatorio, ut detinerentur pluries.

§. II.

Conditiones ex parte ipsius operis satisfactorii requisitae.

Deo tertio, ut opus aliquod sit satisfactorium, debet esse liberum, bonum, supernaturale, ac poenale.

Probatur conclusio quantum ad singulas partes. Et in primis quod opus satisfactorium debeat esse liberum seu voluntarium, constat. Tum quia actus satisfactorius est actus moralis & humanus, fundamentum autem moralitatis est libertas. Tum etiam quia sicut homo non peccat nisi libere operando, ita nec pro peccato satisficit, nisi eliciendo actum liberum; & per hoc satisfactio distinguitur a satisfactione, seu a punitione coacta, & a poena quam quis iustus patitur.

Observat tamen Divus Thomas hic quest. 15. artic. 3. quod quamvis flagella temporalia a Deo homini immissa non sint in eius potestate, sed veniunt ab extrinseco; si tamen ea voluntarie accipit, & patienter tolerat, satisfactoria sunt: Quia (inquit) sunt aliquo modo ipsius patientis, in quantum ea accipit ad purgationem peccatorum eius utens patienter. Idem docet Tridentinum sessio. 14. caput 9. his verbis: Docet praesens (Sancta Synodus) tantum esse divinis munificentiis largitatem, ut non solum poenis sponte a nobis pro vindicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mensura utilitatis imperis; sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis a Deo inflis, & a nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Jesum satisfacere valeamus.

Secundo, quod opus satisfactorium debeat esse bonum, non minus evidens est, quia per opera mala non possumus mereri remissionem poenae, cum potius novam poenam mereamur.

Tertio, quod debeat esse supernaturale constat tum ex Tridentino sessio. 14. capite 8. ubi dicit satisfactoria nostras esse opera ex merito Christi: sed quae sunt ex merito Christi, supernaturalia sunt: Ergo &c. Tum etiam ex D. Thoma hic quest. 14. art. 3. ubi vult cum satisfactione nostra semper conjunctum esse aliquod meritum, per illam enim remissionem poenarum purgatorii mereamur, quae ad ordinem supernaturalem quodammodo pertinent, tum quia si de supernaturali nobis revelantur, tum etiam quia retardat nos a consecutione finis ultimi supernaturalis; unde sicut ad meritum premii supernaturalis, actus supernaturalis requiritur, ita & ad satisfaciendum pro penis purgatorii.

Denique quod opus satisfactorium debeat esse poenale, colligitur ex Trident. sess. 14. cap. 8. ubi opera satisfactoria vocat poenas satisfactorias, & can. 13. poenas sponte susceptas, vel a Deo inflis, vel a sacerdotibus injunctas, Scriptura etiam assignat poenitentibus opera poenalia pro satisfactione peccati Joel. 2. Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejuniis, & fletu, & planctu. Math. 11. in cilicio & cinere poenitentiam egissent.

Ratio etiam suffragatur, nam, ut dicitur D. Thom. hic quest. 15. art. 1. satisfactio fit tum ut peccata praeterita vindicentur, tum ut futura caveantur: Sed ad utrumque requiritur opus poenale: Ergo &c. Minor probatur quoad utrumque partem, & in primis quod ut peccata praeterita vindicentur, opus poenale sit conveniens, manibus videtur, debet enim hac vindictio suo reparatione ita fieri, ut quantum se glorificavit peccator, tantum detur ei tormenti & luctus, ut dicitur Apocal. 18. & tantum recipiat poenae & supplicii, quantum delectationis inordinatae in creaturam perverfa fructione recepit. Unde Gregorius homil. 20. in Evangel. relatus a D. Thom. eodem articulo, in argumento de contra: Iustus est ut peccator tanto maiora sibi inferat lacerata per poenitentiam, quanto maiora sibi intulit damna per culpam. Denique quod ut futura peccata caveantur, opus poenale utile fit, patet ex Trident. sess. 14. caput 8. ubi haec habet: Praesens dubio magis poenae peccata reprobant, & quae frango quadam coercens ha satisfactoria poena, castiorisque & vigilantiorum in futurum poenitentem efficiunt. Ubi enim homo expertus est poenam, non facile redit ad culpam. Unde Philosophus a. Ethic. ait quod peccatorum medicina sunt poenae.

Dices, Omnis actus virtutis est satisfactorius: Sed datur aliqui actus virtutis qui non sunt poenales, puta actus virtutis temperantiae quem quis exercet comedendo cibos delicatos, vel bibendo vinum quod placet: Ergo omnis actus satisfactorius non debet esse poenalis.

Propter hoc argumentum Petrus Ledesma & alij alii docuerunt dari aliquos actus virtutis qui non sunt satisfactorii, illi nempe qui nihil poenitentiae habere videntur, sed potius delectationem afferunt & peccata sanant, ut manducare & bibere ad conservandam honestam

sed

Sed haec solutio & doctrina displicet, tum quia in Concilio Tridentino sessio. 14. caput 13. universum absolute dicitur satisfieri Deo pietatis operibus, & in formula absolutionis sic habetur: Quisquis tibi fecerit aut intendit facere, si tibi in remissionem peccatorum. Tum etiam, quia nullum est opus moraliter bonum, quod non habeat aliquam poenitentiam annexam, vel ex parte subiecti, vel ex parte obiecti: comedere enim cibos delicatos, de quo maxime potest esse dubium, non est actus virtutis temperantiae, & opus moraliter bonum, nisi moderate fiat, & ordinetur ad bonum finem: sub ista autem ratione habet poenitentiam annexam, scilicet carentiam maioris delectationis quae esset in majori comestione.

Inhabis: Si talis actus esset satisfactorius, posset Sacerdos injungere poenitentem in remissionem peccatorum, ut comedere cibos delicatos, vel bibere vinum delectabile: Sed hoc videtur ridiculum: Ergo & illud.

Respondeo dupliciter posse Confessarium injungere poenitentem in satisfactionem, ut comedat cibos delicatos: Primo nullam expiendam poenitentiam in tali opere; quod contingeret si diceret tantum, comedes cibos delicatos; & hoc sine dubio esset ridiculum, nulliusque poenitentiae injunctio. Secundo, praescribendo poenitentem tale opus sub forma poenitentiae; ut si diceret, comedes cibos delicatos moderate, ordinando ad actum virtutis; & tunc veram injungeret poenitentiam; peccator tamen, idque mortaliter, si confessio fuisset de mortalibus; vel venialiter, si de venialibus tantum; nam quando peccata sunt gravia, satisfactio debet esse gravis, atque adeo opus satisfactorium simpliciter poenale, quale est opus jejunii, vel orationis, vel elemosynae; non vero poenale tantum secundum quid, & simpliciter delectabile, qualis est comestio, etiam temperata, cibi delicati.

§. III.

Corollaria praecedentis doctrinae.

Ex dictis colligitur primo, omne opus satisfactorium esse meritorium, & e contra.

Ratio primi est, quia ad opus meritorium requiritur tantum quod sit liberum, bonum, & supernaturale. Sed hoc totum convenit operi satisfactorio, ut constat ex supra dictis: Ergo omne opus satisfactorium est etiam meritorium.

Ratio vero secunda sumitur ex eo, quod omne opus meritorium est laboriosum & poenale, quod solum videbatur ipsi deesse ut esset satisfactorium: Ergo omne opus meritorium, est etiam satisfactorium. Consequenter patet, Antecedens probatur, quia omne opus meritorium, cum sit actus virtutis, habet adjunctam aliquam difficultatem & molestiam, quamvis ex alia parte sit delectabile, ut patet de contemplatione, quae dum recreat animum, affligit corpus. Nec refert quod homini ferventi & bene affecto poenae vel nullam poenam ingerat; diminutio enim poenae ex promptitudine voluntatis, sicut non minuit meritum, ita nec satisfactorium: attendenda est enim ratio & natura ipsius actus, & difficultas non subiectiva, sed obiectiva, quae dupliciter potest considerari: primo quatenus consistit ad bonitatem actus, & sic pertinet ad meritum; secundo ut ex genere suo poenam & laborem inferat operanti, & sic consistit ad satisfactorium. Ex quo

Colligitur secundo contra Scotum, Almainum, Gabrielum & alios, non solum opus externum, sed etiam internum, etiam poeae sit sumptum, valere posse ad satisfaciendum pro poena temporali: cum enim actus interior per se sumptus, sint optimi, maxime liberi, ac difficiles, nihil illis deesse potest quominus valeant ad satisfaciendum. Unde actus contritionis & caritatis, non solum sunt valde meritorii, sed etiam multum satisfactorii, quia secundum se sunt valde difficiles & poenales. Nec refert quod in virtutis perfectis ac ferventibus actus caritatis nullam poenam causat, ratio enim satisfactorius petitur a difficultate obiectiva, non utrumque; sed quatenus nata est laborem & poenam in subiecto obiectivo, non causat laborem, non propterea opus definit esse satisfactorium, quia semper habet quod sit nedum difficile, sed etiam quantum est de se poenale.

Ex hoc intelligitur, posse Confessarium injungere poenitentiam actum pure internum, puta contritionis vel caritatis: quia potest injungere illud omne opus quod satisfactorium est, ad hoc enim praecipue poenitentiam injungitur poenitentem, ut pro poena peccati debita satisfaciatur: actus vero internum, ut iam ostendimus, satisfactorius est, cum sit revera poenalis. Est etiam sufficienter sensibilis, ut possit esse pars Sacramenti: si enim contritio; quia fit sensibilis, per aliam, scilicet per contritionem, est vera pars Sacramenti, quidni & actus

internus pro poenitentia injunctus, per impositionem Confessarii & acceptationem poenitentis factus sensibilis poterit similiter esse pars Sacramenti?

Colligitur tertio, opus externum, quatenus ab interiori procedit, ita esse satisfactorium, ut vim satisfaciendi addat interiori; quamvis enim nullam ei addat bonitatem intrinsecam, ut in Tractatu de moralitate actuum humanorum disput. 7. artic. 1. ostensum est: in ipso tamen actu externo est distincta poena ab interiori, & voluntarie assumpta, quod sufficit ut actus externus vim majorem satisfaciendi addat interiori. Unde jejunare de facto, magis satisfactorium est, utpote magis poenale & laboriosum, quam habere intentionem & voluntatem jejunandi. Idem dicendum de elemosyna, oratione, aliisque virtutum operibus, quae opere externo completa vim majorem satisfaciendi habent, ob specialem aliquam poenam & difficultatem, quam actus exterior addit interiori.

Ex hoc intelligitur discrimen quod inter meritum & satisfactionem reperitur, cum enim satisfactio attendatur praecipue poenas laborem, difficultatem, & poenitentiam operis, sicut in actu externo est distincta poena ab interiori, ita & major vis satisfaciendi; e contra vero, cum ratio meriti sumatur praecipue ex bonitate actus, sicut actus exterior, in sententia Divi Thomae & Discipulorum ejus; nullam addit bonitatem intrinsecam actui interiori, ita nec ejus meritum auget. Unde Apostolus ad Corinth. 8. invitans fideles ad elemosynam, sic ait: Ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit perfectioris est eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est non secundum id quod non habet. Id est (exponunt Hieronymus, Theodoretus, Anselmus, Lyranus, & alii) non minus Deo accepta est animi vestri promptitudo, etiam si minima possitis dare, quam si plura daretis: quia ex voluntate, non ex operibus pensatur meritum. Quare ibidem ait Glossa: Si egra voluntas & aequalem habens mercedem. Hinc inferit Gregorius Magnus homil. 5. in Evangel. quod ante oculum Dei minus quam vacua est manus a munere, si fuerit circa cordis repleta bona voluntate.

Colligitur quarto, omnia bona opera, etiam aliunde ad debita Deo ratione voti vel praeepti, esse satisfactoria. Nam opus habet quod sit satisfactorium, ex eo quod sit bonum & poenale: Sed per hoc quod sub voto aut praeepto cadat, non tollitur ab eo quod sit bonum & poenale: Ergo nec quod sit satisfactorium.

Confirmatur primo: Ex Tridentino sessio. 6. capite 10. & 16. per bona opera, sicut ex praeepto debita, mereri possumus: Ergo multo magis per illa possumus satisfacere.

Confirmatur secundo tribus exemplis: Per jejuniis enim quod est ab Ecclesia praeeptum, conceditur remissio peccatorum quoad poenam, ut saepe postulat Ecclesia: Ergo pro illa poena per ipsum satisfaciendum. Item qui martyrium sumunt, quando ex praeepto ad id tenentur, non minus satisfaciunt pro tota poena, quam si ad hoc non tenerentur. Christus etiam moriendo in cruce, de condigno, immo & de toto rigore iustitiae Deo pro peccatis nostris satisfecit, quamvis de tali morte subterfuga praeeptum a Patre haberet, ut in Tractatu de Incarnatione disput. art. 4. ostendimus: Ergo non pariter per opera, quae sub voto aut praeepto cadunt, possumus Deo satisfacere.

Dices, Non possumus satisfacere Deo per opera aliis dignitatis ei debita: Sed opera quae sub voto vel praeepto cadunt, sunt debita Deo aliis utilitas, nimirum titulo religionis & obedientiae: Ergo per illa non possumus Deo satisfacere.

Respondeo distinguendo Majorem: Non possumus satisfacere Deo de condigno per opera aliis utilitas ei debita, nego Majorem. Non possumus satisfacere de toto rigore iustitiae, concedo Majorem. Solutio patet ex dictis artic. 1. Aliud enim est satisfacere de condigno, & aliud satisfacere de rigore iustitiae: illa enim satisfactio condigna dicitur, quae est moraliter aequalis rei debite, illa vero appellatur de rigore iustitiae, quae observat omnes leges strictae & rigorosae iustitiae, inter quas haec praecipua est, ut satisfactio fiat ex bonis propriis, & aliis indebitis. Unde cum satisfaciendos quas Deo exhibemus per opera quae sub voto vel praeepto cadunt, possint esse moraliter aequales poena temporali peccato mortali debita, pro illa possumus de condigno Deo satisfacere: quia tamen opera illa aliis utilitas ei debita sunt, de toto rigore iustitiae pro tali poena temporali ei satisfacere non valeamus. Ex hoc facile intelligitur quid velit Anselmus libro 1. Cur Deus homo capite 20. dum ait: Cum reddis aliquid quod debet Deo, etiam si non peccasti, non debes computare pro debito quod debet ex peccato. His enim verbis solum declarare intendit, quod per bona nostra opera non possumus satisfacere Deo de toto rigore iustitiae, etiam pro poena temporali peccato



esto mortali debitis; non intendit tamen negare quod pro tali pena condignam & aequalem possimus Deo exhibere satisfactionem.

Instantia: Non potest quis per solutionem unius & ejusdem rei pluribus debitis de condigno satisfacere: Ergo si aliquod opus sit aliis ex voto vel ex precepto debitum, non poterit homo per illud satisfacere de condigno pro pena temporali peccato mortali debita.

83 Respondent aliqui Recentiores, distinguendo Majori: Nemo potest duobus debitis satisfacere per solutionem unius & ejusdem rei; si utrumque debitum sit proprie justitiae, concedunt. Si alterum sit debitum obedientiae, negant. In hoc enim (inquunt) differunt inter se obedientia & justitia, quod obedientia facit tantum implere id quod preceptum est, five alias debeat ex justitia, five non: justitia vero facit reddere aequale pro debito; impossibile autem est reddere aequale pro duobus debitis, per solutionem unius & ejusdem rei, quae tota unius eorum correspondet.

84 Verum licet haec solutio valere possit quando opera quibus satisfacimus sunt debita Deo solum ratione praecipiente, non tamen quando sunt ei debita ratione voti; tunc enim Deo debita sunt titulo religionis, qui majorem & strictiorem inducit obligationem reddendi aequale, quam vera & stricta justitia; non enim religio deficit a ratione strictae justitiae; & constituitur pars potentialis illius, ob carentiam obligationis reddendi aequale, sed ex defectu potentiae faciendi perfectam cum Deo aequalitatem, ut in Tractatu de quatuor Virtutibus Cardinalibus declaravimus.

Melius ergo responderetur, posse aliquem per solutionem unius & ejusdem rei pluribus debitis satisfacere, quando res illa multiplicem habet bonitatem, & valorem; tunc enim secundum diversam rationem, seu diversum illum valorem, plura debita compensare potest; unde cum in opere sub voto aut precepto cadente, sit valor moralis desumptus ex objecto & circumstantiis ejus, & bonitas satisfactoria, petita ex difficultate illius, seu ex pena & stricta justitia; non enim religio reperitur, ratione primi possumus implere obligationem voti sub precepto, ac debito obedientiae & religionis satisfacere; ratione vero secundi possumus satisfacere Deo de condigno pro pena temporali peccato mortali debita. Sicut si numerus aureus duplicem habere valorem, unum ratione sigilli Principis ipsi impressi, alium ratione metalli; & ratione primi valeret quinque nummos argenteos, & totidem ratione secundi; posset aliquis alteri debens decem nummos argenteos, quinque titulo mutui, & quinque ratione promissi, atque debito; & pro utroque titulo, unius tantum nummi auri solutione, de condigno & ad aequalitatem satisfacere.

Ex his intelliges, posse Confessarium ex prudenti motivo, causaque rationali, injungere poenitentem pro satisfactione sacramentali opus ex precepto debitum, puta jejunare tempore Quadragesimae, vel Missam in die festo audire, si nimirum adverteat poenitentem non habere opportunitatem alia praestandi; regulariter tamen & ordinarie talia opera poenitentibus injungenda non sunt, sed ad aliud novum obligari debent, tum ut sentiant vindictam suorum peccatorum; tum etiam quia plus requiri debet ab eis, quam ab innocentibus.

85 Denique ex dictis colligitur, orationem, jejunium, & elemosynam, esse opera maxime satisfactoria, ad quae cetera omnia facile revocantur. Ratio est, quia, ut supra dicebamus, satisfactio ad duo ordinatur, nempe ad compensationem offensae, & ad medicinam peccatorum: ad utrumque autem sunt aptissima tria illa operum genera. Ad primum quidem, quia cum sint in nobis tria genera bonorum, scilicet bona animae, corporis, & fortunae, per orationem subjicimus Deo bona animae, quae non tam nobis subtrahere debemus, cum nos reddant Deo acceptos, quam ipsi submittere: alia autem duo bonorum genera, quia interdum nobis noxia sunt, a nobis subtrahere debemus; per elemosynam quidem bona fortunae; per jejunium vero alisive macerationes, quae nomine jejunii comprehenduntur, bona corporis. Ad secundum vero, quia tria illa bonorum operum genera tres peccatorum radices in nobis extirpant; oratio quidem qua nos & omnia nostra Deo subjicimus, comprimit superbiam, jejunium concupiscentiam, elemosyna avaritiam. De haec dicitur Tobiae 12. elemosyna a morte liberat, & ipsa est qua purgatur peccatum, & facit animam ire in vitam aeternam. Unde Ambrosius sermon. 31. de elemosyna, illam comparat cum Sacramento baptismi, atque eandem vim habere ad remittenda peccata; immo quadam ex parte elemosynam esse efficaciorum; quia baptismus semel tantum remittit peccata: elemosyna vero, quotiescumque datur. Elemosyna (inquit) animam a peccato est liberat, ut si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, superest & ut elemosyna

emundetur, nisi quod salva fide dixerint, indulgentior est elemosyna, quam lacrum.

Addit Gregorius Nyssenus in libro de beatitudinibus per elemosynam & bonorum nostrorum largitionem Dei beneficentiam nos exprimere & in nobis representare: Si misericordiam appellat (inquit) Deum decet, ad quid aliud te formo horitatur, nisi ut Deus fiat, tanquam formatus & insipientis propria nota deitatis? Nec minus eleganter Nazianzenus oratione de pauperum amore: Fac calamitosa sic Deus; Dei misericordiam imitando.

§. IV.

Conditio requisita ex parte Dei.

Deo quarto, ut opus sit satisfactorium, ex parte 86 Dei requiri acceptationem seu voluntatem remittendi reatum poenae, intuitu talis operis.

Colligitur ex Tridentino sessio. 14. capite 8. ubi ait, 87 satisfactioes nostras non habere vim ullam, nisi per Christum, a quo Patri offeruntur, & per illum acceptantur a Patre. Et capite 9. dicit maximum esse divini erga nos amoris argumentum, quod nostras satisfactioes acceptet, idque ad divina munificentia largitatem refert.

Ratio etiam suffragatur; cum enim poenae assumptae 88 in satisfactionem poenae temporalis peccatis remissis debita, multo leviores sint, & alterius rationis a poenis purgatorii, iusta lege debitis, non tenetur Deus ex justitia illas acceptare; praesertim quia ut absolute dominus pluribus aliis titulis opera nostra satisfactoria possit exigere: unde ut illa nobis profint ad satisfaciendum pro poenis purgatorii, requiritur divina acceptatio, seu voluntas remittendi illas poenas intuitu talem operum.

Confirmatur primo: Judex non tenetur acceptare poenam sibi ipsi a reo impostam, sed potest ea non obstante illam punire poenis a se vel a lege constitutis: Ergo multo magis Deus.

Confirmatur secundo: Anima existerens in purgatorio exercet plures actus contritionis & caritatis, non minus de se aptos ad satisfaciendum, quam qui a nobis in hac vita eliduntur, & tamen re ipsa non satisfaciunt: Atqui hujus rei nulla alia ratio assignari potest, nisi quia tales actus in hunc finem non acceptantur a Deo, qui tempus satisfaciendi & merendi ad spatium hujus vitae limitavit: Ergo ut opus sit satisfactorium, requiritur acceptatio ex parte Dei, seu voluntas remittendi reatum poenae, intuitu talis operis. Ex quo fit quod poenalis operibus satisfactioes, infallibiliter consequantur remissionem poenae ordinariae per se correspondentes peccatis, non tamen poenae extraordinariae quam Deus interdum decernit in ultionem & punitionem peccati, ut patet in Davide, qui licet valde probabiliter exhiberit aliquod aequale poenae temporali restanti ex peccatis adulterii, homicidii, & superbiae, sibi remissis, voluit tamen Deus infligere ipsi omnes illas poenas quas per Prophetam suum ipsi denuntiaverat; quia nimirum opera ejus satisfactoria pro illarum poenarum remissionem non acceptaverat, sed eas ad terrorem & exemplum aliorum ipsi infligere decreverat. Si vero interdum obinetur remissio vel commutatio hujus poenae extraordinariae, ut varie Scripturae exempla demonstrant, id non fit per modum satisfactionis, sed per modum impetrationis, & meriti de congruo.

ARTICULUS III.

Utrum satisfactio sit vera pars Sacramenti poenitentiae, & quem effectum causet ex opere operato?

§. I.

Duplici conclusione utraque difficultas resolvitur.

Deo primo: Satisfactio Sacramentalis est pars, non 89 essentialis, sed integralis dumtaxat Sacramenti poenitentiae.

Prima pars est certa de fide, ac definita in Florentino in decreto unionis, ubi sic dicitur: Quarumque sit Sacramentum poenitentiae, cujus quasi materia sunt actus poenitentiae, qui in tres distinguuntur partes, quarum prima est cordis contritio, secunda est oris confessio, tertia est satisfactio pro peccatis &c. Idem docet Trident. sess. 14. cap. 3. & D. Thomas 3. p. q. 90. art. 2. ubi sic dicitur: Alio modo fit recompensatio offensae in poenitentia, & in vindictiva justitia: nam in vindictiva justitia fit recompensatio secundum arbitrium iudicis, non secundum voluntatem offendenti vel offensi; sed in poenitentia fit recompensatio offensae secundum voluntatem peccantis, & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur, quia hic non quaeritur sola redintegratio aequalitatis justitiae (sicut in ju-

in justitia vindictiva) sed magis reconciliatio amicitiae, quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem ejus quem offendit. Sic igitur requiritur ex parte poenitentis primo quidem voluntas recompensandi, quod fit per contritionem; secundo quod se subjiciat arbitrio Sacramenti loco Dei, quod fit in confessione; tertio quod recompenset secundum arbitrium ministri Dei, quod fit in satisfactioe: & ideo contritio, confessio, & satisfactio, ponuntur partes poenitentiae. Ex quo probata manet prima pars conclusionis, quae asserit satisfactionem esse partem Sacramenti poenitentiae. Unde Gregorius libro 6. in 1. Regum: Quid prodest confiteri flagitia, si confessio vocem non sequitur afflictio poenitentiae? Tunc namque bene conversum peccatorem cervinus, cum digna afflictionis austeritate dolere nititur quod loquendo confiteretur.

Quod vero non sit pars illius essentialis, sed dumtaxat integralis, patet, tum quia poenitentia rei non est de essentia, sed tantum de integritate iudicii, & veluti complementum ejus extrinsecum; tum etiam quia satisfactio supponit Sacramentum jam perfectum & completum essentialiter; quia supponit gratiam, quae est essentia Sacramenti, productam; quod non convenit conditioni & contritioni, & ideo sunt partes essentialis hujus Sacramenti; non vero partes essentialis, sequeatur quod moribundus, omni sensu delitatus, esset incapax Sacramenti poenitentiae, cum nullam satisfactioem implere possit; quod est contra communem sensum & praxim Ecclesiae.

Deo secundo, satisfactioem Sacramentalem triplicem ex opere operato habere effectum, nempe remissionem poenae temporalis, ex peccatis jam condonatis relictae, auxilia quaedam supernaturalia ad facilius praevencanda peccata in futurum, & augmentum gratiae habitualis.

Prima & secunda pars hujus conclusionis admittuntur ab omnibus Theologis, & patet ex eo quod Sacramenta nova legis id efficiunt ex opere operato quod significant, ex Tridentino sess. 7. can. 6. At satisfactio Sacramentalis significat poenae ex peccatis condonatis relictae remissionem, & majorem in posterum peccata praevencam facilitatem, quae ex auxiliis gratiae provenit: Ergo satisfactio Sacramentalis causat ex opere operato talem poenae remissionem, & auxilia illa supernaturalia ad facilius praevencanda peccata in futurum.

Tertia vero pars est contra plures ex Recentioribus qui negant satisfactionem Sacramentalem causare augmentum gratiae: est tamen D. Thomae art. supra citato, ubi secundo loco sibi objicit: Sacramentis nova legis conferuntur gratia, ut supra habitum est: Sed in satisfactioe non conferuntur aliqua gratia: Ergo satisfactio non est pars Sacramenti. Cui argumento sic respondet: Ad secundum docendum quod satisfactio conferat gratiam prout est in proposito, & augeat eam prout est in executione, sicut etiam baptismus in adultis, ut supra dictum est. Quibus verbis aperte docet, satisfactioem, prout fit in executione, vere causare augmentum gratiae.

Nec valet quod ait Martinus hic disput. 51. sect. 8. D. Thomam intelligendum esse de augmento non intensivo, sed extensivo, quoad liberationem a reatu poenae, quae est quidam effectus gratiae. Nam S. Doctor ibi aperte loquitur de augmento gratiae intensivo, tum quia alias non solveret argumentum quod sibi objicit, Sacramenta enim nova legis conferunt gratiam vel ejus augmentum intensivum, & non solum extensivum; tum etiam quia non valeret exemplum quod adducit, baptismus enim causat augmentum gratiae intensivum, & non solum extensivum quando conferuntur adultis per contritionem & caritatem jam justificatis.

Alia etiam explicatio quam ibidem subjungit, nempe Divum Thomam per satisfactionem in executione, intelligere totum Sacramentum poenitentiae, ab ejus mente prorsus aliena est; nam toto illo articulo considerat satisfactionem, ut est pars Sacramenti poenitentiae, & argumentum quod sibi objicit, probat satisfactionem non esse partem illius, ut patet ex verbis supra dictis: Ergo etiam in responsione Sanctus Doctor loquitur de satisfactione, ut est pars integralis Sacramenti poenitentiae, non vero de toto Sacramento; alioquin laboraret in equivoco, & objectioni propositae non satisfaceret. Unde etiam statim in resp. ad 3. subdit: satisfactio est pars poenitentiae Sacramenti, sed non poenitentiae virtutis.

Potest etiam eadem pars ratione fluideri: Satisfactio enim nequit esse pars Sacramenti poenitentiae, nisi aliquo modo participet naturam totius Sacramenti, nam pars dicitur quae integrat naturam totius: At natura totius Sacramenti poenitentiae, est conferre gratiam ex opere operato; Ergo id ipsum competere debet satisfactioi Sacramentali; unde cum illa non possit producere primam gratiam, quia illam supponit per confessionem & absolutionem productam, saltem ejus augmentum ex opere operato causare debet.

Confirmatur: Ideo Sacramentalis Confessio causat aliquem gradum gratiae ex opere operato, quia est pars Sacramenti: Sed satisfactio Sacramentalis est etiam pars Sacramenti: Ergo causat pariter aliquem gradum gratiae ex opere operato.

Neque obstat primo, quod fit tantum pars integralis, confessio autem pars essentialis. Ex hac enim disparitate concluditur solum, quod ille gradus gratiae quem causat satisfactio, non fit de essentia gratiae quem producit poenitentia Sacramentum, sicut ille quem causat confessio, sed tantum de ejus integritate. Immo haec disparitas potius probationem nostram confirmat: Sicut enim confessio Sacramentalis ex eo quod fit pars essentialis poenitentiae, producit ex opere operato gratiam essentialem Sacramento poenitentiae; sic satisfactio ex eo quod fit pars integralis debet causare, quando actualiter impletur, gradum perfectionis ejusdem gratiae, qui ipsam integret.

Non obstat etiam quod confessio Sacramentalis antecedit absolutionem, satisfactio vero non adimpleatur nisi post eam; cum hoc enim stat, quod dicit essentialiter habitudinem ab absolutionem, & ratione talis habitudinis fit productiva gratiae. Adde quod, quamvis satisfactio regulariter loquendo non adimpleatur nisi post absolutionem, moraliter tamen illi, aliique partibus Sacramenti poenitentiae conjungitur, ut cum illis unum Sacramentum constituat.

§. II.

Solvuntur objectiones.

Contra id quod diximus in tertia parte praecedentis 87 conclusionis, nimirum satisfactionem Sacramentalem causare augmentum gratiae habitualis, objicit primo aliqui Recentiores auctoritatem D. Thomae, qui in 4. sentent. distinct. 16. quaest. 1. artic. 1. hoc argumentum sibi objicit: In Sacramento nova legis gratia suscipiendi conferuntur: Sed in satisfactioe non conferuntur aliqua gratia: Ergo non est Sacramenti pars. Cui sic respondet ibidem quaestio. 2. ad 3. Dicendum quod ex proposito satisfaciendi gratia conferuntur, quamvis satisfactio actualis gratiam praesupponat. Vel dicendum quod per satisfactioem consequitur poenitentia perfectum effectum gratiae peccatorum absolutionis, quia liberat realiter a reatu peccati. Ergo ex D. Thomae satisfactio Sacramentalis non causat augmentum gratiae.

Respondeo primo, quod cum D. Thomas idem omni 88 argumentum in summa Theologica, quae est ultimum ejus testamentum, loco supra citato propolisset, aliter ei respondit, nempe quod satisfactio conferat gratiam prout est in proposito, & augeat eam prout est in executione, subindeque virtualiter & implicite retractat quod docuerat in quarto libro sententiarum.

Secundo dici potest, S. Doctorem, cum ait quod ex proposito satisfaciendi gratia conferuntur, quamvis satisfactio actualis gratiam praesupponat, loquitur de principali gratia quae datur per Sacramentum poenitentiae; non intendit tamen negare quod satisfactio Sacramentalis conferat novum gradum gratiae, qui fit complementum & perfectio integralis illius quae per confessionem & absolutionem Sacramentalem conferuntur.

Objicitur secundo: Per unum Sacramentum una tantum gratia Sacramentalis datur: Sed antequam fit satisfactio, in instanti nimirum quo Sacerdos profert verba absolutionis, Sacramentum poenitentiae causat gratiam sibi propriam: Ergo quando postea adimpletur satisfactio, nulla de novo causatur gratia Sacramentalis.

Confirmatur: In Sacramento Eucharistiae species vini, quae sunt pars ejus, quando actualiter sumuntur, non conferunt novum gradum gratiae distinctum ab eo quem species panis prius sumpta contulerunt, ut docuimus in Tractatu de Eucharistia disp. 8. art. 4. Ergo neque in Sacramento poenitentiae satisfactio quando actualiter impletur, tribuit novum gradum gratiae distinctum ab eo quod Sacramentalis absolutio causavit, licet sit pars integralis Sacramenti poenitentiae.

Ad objectionem respondeo, quod licet satisfactio Sacramentalis, quando actualiter impletur, novum gradum gratiae producat, eo ipso tamen quod talis gratia fit complementum illius quae causata fuit in Confessione, quando verba absolutionis a Sacerdote fuerint prolata, non ponit in numero cum illa.

Ad confirmationem, concessio Antecedente, nego consequentiam & paritatem. Ratio vero discriminis est, quia cum virtus productiva gratiae in Sacramento Eucharistiae sit Christus, species panis continentes totum Christum, totam hujus Sacramenti virtutem continent; unde non mirum quod prius sumpta a Sacerdote celebrante, totum Sacramenti Eucharistiae effectum in illo producant, subindeque species vini, cum totum hujus Sacramenti effectum productum veniant, nullum novum gradum gratiae



tie et conferant. At vero Confessio Sacramentalis, & absolutio, non continent totam virtutem productivam gratiae, quae est in Sacramento poenitentiae, sed est aliqua pars talis virtutis quam Deus communicat ipsi satisfactorum Sacramento, quando actualiter poenitentia impletur; ex quo fit, quod tunc satisfactio novum aliquem gradum gratiae habitualis in poenitente producat.

41. Objectione tertio. Si satisfactio Sacramentalis causaret gratiam, esset pars essentialis Sacramenti poenitentiae. Sed hoc dici nequit, ut in prima conclusione ostensum est: Ergo nec illud. Sequela Majoris probatur. Si satisfactio Sacramentalis causaret gratiam, illam significaret, cum Sacramenta novae legis solum testificant id quod significant: si autem satisfactio Sacramentalis gratiam significaret, non posset non esse pars essentialis Sacramenti poenitentiae; illud enim quod substat significationi Sacramenti, est pars essentialis Sacramenti: Sed si satisfactio significaret gratiam, substaret significationi Sacramentali, sicut contritio, confessio, & absolutio: Ergo tam bene esset pars essentialis Sacramenti poenitentiae, quam tres illi actus, qui tale Sacramentum intrinsece & essentialiter constituunt.

42. Respondeo negando sequela Majoris, & ad eas probationes dico, quod licet satisfactio substat significationi Sacramentali, quia tamen non substat significationi essentiali, sed integrali, ex eo quod non significat gratiam huic Sacramento essentialiter, sed augmentum ejus & perfectionem, non est pars essentialis, sed dumtaxat integralis Sacramenti poenitentiae. Unde in forma distinguo Majorem: Illud quod substat significationi Sacramentali essentiali, est pars essentialis Sacramenti poenitentiae, concedo Majorem. Illud quod substat significationi Sacramentali integrali dumtaxat, nego Majorem; & sub eadem distinctione Minoris nego Consequentiam.

43. Objectione quarto, ex nostra sententia & doctrina sequi tria inconvenientia. Primum est, quod Sacramentum poenitentiae erit Sacramentum vivorum, saltem quantum ad satisfactionem, quandoquidem gratia quam per satisfactionem Sacramentalem producat, erit augmentum alterius quae per alias partes ejusdem Sacramenti producat. Secundum est, quod ille qui in peccato mortali adimplet poenitentiam sibi injunctam, peccaret mortaliter, utpote qui cum eo ipso peccaret obicem gratiae Sacramentalis quae est effectus satisfactionis, Tertium est, quod qui poenitentiam in praedicto statu implet, cum sola attritione justificaretur, & fieret de attritio contritus, ac si Sacramentum poenitentiae de novo reciperet.

44. Respondeo, nullum ex tribus illis inconvenientibus sequi ex nostra doctrina. Non quidem primum, quia ratio Sacramenti vivorum vel mortuorum non desumitur penes illum gradum gratiae, qui est complementum gratiae ipsius, sed tantum penes ipsam principalem gratiam. Nec etiam secundum, quia licet satisfactio Sacramentalis novum gradum gratiae ex opere operato tribuat, eo ipso tamen quod talis gradus non sit gratia essentialis Sacramenti poenitentiae, sed tantum ejus complementum & perfectio integralis, non peccat mortaliter qui tali gradui obicem ponit, sed solum qui ponit obicem gratiae essentiali. Tertium denique inconveniens nullo modo sequitur ex nostra doctrina: tum quia reddere de attritio contritum, est proprietas totius Sacramenti poenitentiae, non vero partium ejus scilicet: tum etiam cum satisfactio novum gradum gratiae non tribuat, nisi virtute absolutionis Sacerdotis quae praecellit, & ad quam dicitur habitudinem; absolutio vero non se extendat ad peccatum in quo satisfactio adimpletur, utpote quod commissum fuit post absolutionem: nequit illud attritus de illo peccato, virtute satisfactionis Sacramentalis pro praecedentibus peccatis, de illo fieri contritus & justificari.

§. III.

Corollarium praecedentis doctrinae.

45. EX dictis colligitur primo, teneri Sacerdotem, audita Confessione, satisfactionem quae vulgo poenitentia appellatur, poenitenti injungere, nec satis esse quod qualemcumque injungat, sed teneri injungere aliquo modo proportionatam gravitati criminum & eorum multitudini, atque etiam dispositioni & conditioni poenitentis, nisi rationabilis causa excuset.

Prima pars hujus corollarii patet, cum enim confessarius sit minister Sacramenti poenitentiae, tenetur efficere illud integrum: Atqui satisfactio, est pars integralis Sacramenti poenitentiae, ut in prima conclusione ostensum est: Ergo tenetur Confessarius audita Confessione satisfactionem poenitenti injungere. Fieret enim aliqua injuria Sacramento, si pars integralis sine causa omitteretur; ut si quis in Extrema Unctione sine causa omittatur; aut si quis in Extrema Unctione sine causa omittatur.

tur; ut si quis in Extrema Unctione sine causa omittatur; aut si quis in Extrema Unctione sine causa omittatur.

Quod vero tenetur Sacerdos ad servandam aequitatem, injungendo satisfactionem pro criminum qualitate, & poenitentium facultate, ita ut nequeat pro libito gravem aut levem satisfactionem pro quibusvis peccatis injungere; patet ex Tridentino sess. 14. cap. 8. ubi sic dicitur: *De bene Sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & poenitentium facultate, salubres & convenientes satisfactions injungere, ne si sine peccatis committant, & indulgentiam cum poenitentibus agant, levissima quaedam opera, pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.*

Ratio etiam suffragatur: Sacerdotes enim in hoc tribunali sunt ordinarii iudices a Christo constituti, non minus ad causas Dei quam poenitentium agendas; iudices autem tenentur secundum legem a supremo Principe sibi constitutas iudicare: Ergo tenetur Sacerdos pensata gravitate criminum, & poenitentium facultate, condignas & salubres poenitentias illi injungere.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio: Sacerdos in tribunali poenitentiae tria agit munia five officia, non solum enim est minister hujus Sacramenti, sed praeterea iudicem & medicum agit; in quantum minister, debet efficere Sacramentum integrum, subindeque aliquam injungere poenitentiam satisfactionem, cum satisfactio sit pars integralis hujus Sacramenti; in quantum vero medicus, debet vulnera poenitentis curare, & per consequens salutarem, ac morbis animae suae sanandis convenientem poenitentiam injungere, ut iudex vero, debet servare aequitatem, ac proinde condignam & proportionatam gravitati criminum injungere poenitentiam. Unde Cyprianus in lib. de Lapsis: *Qui peccatum blandimentis adulantibus patitur, peccandi fomitem subministrat, nec comprimit delicta illius, sed nutrit. At qui consilio fortioribus redarguit, simul neque instruit fratrem, promovet ad salutem. Quos dilige, inquit Dominus, redargue, sic oportet & Dei Sacerdotem, non obsequiosis decipulis salvere, sed remediis salutaribus providere. Imperius est medicus, qui remedia vulnerum suis manu pariente contrahit, & in alio recubitus viscerum virus inclusum dum seruat exacerat. Aperiendum vulnus est & secundum, & per sanandum amputatis, melius fortius curandum. Vociferetur & clamet licet, & conqueratur ager impietatis per dolorem, gratias agat postmodum, cum senserit sanitatem.* Hinc S. Augustinus, 3. p. tit. 14. cap. 20. docet quod satisfactio est actus iustitiae & ideo aequalitas quaedam requiritur inter offensam & opus satisfactorium, quia iustitia consistit in quodam aequalitate. Et S. Carolus Borromeus Act. p. 4. de modo imponende poenitentiae pag. 523. *Parochus (inquit) videt ne peccatis gravibus levissimas poenitentias imponat; id quod & confessarius & poenitentibus parvulosum est, cum id a facris litteris & Conciliorum decretis, & a SS. Patrum sententia alienum sit: nam divinus litteras ab illis qui poenitentiam agunt, hoc effragant, ut fructus dignos poenitentiae faciant, utque ad Dominum convertantur in jejuniis, fletu, & planctu. Et vero qui peccatis gravibus levi quosdam poenitentiae modos imponunt, hi (Canon inquit) committunt peccatum, secundum propheticum sermonem, sub cuius cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universa, utpote, ad capiendas animas. Immo Concilium Tridentinum docet, alienorum peccatorum participes fieri eos confessores, qui dum cum poenitentibus indulgentiam agunt, levissima quaedam opera pro gravissimis delictis injungunt.*

Dixi, nisi rationabilis causa excuset, quia ex causa rationabili potest interdum Confessarius poenitenti levior satisfactionem injungere. Est autem rationabilis causa, primo si poenitens gravi morbo sit oppressus, Secundo si lucretur indulgentiam plenariam. Unde Cyprianus serm. de Lapsis: *Poenitenti, operanti, roganti potest (Sacerdos) elementare ignoscere, potest acceptum ferre quidquid pro talibus & pauciorum Martyrum, & fecerint Sacerdotes.*

Tertio imbecillitas ac fragilitas poenitentis, si nimium periculum esset ne deinde aliquod peccatum mortale subiret in aliis confessionibus, vel ne deterreretur a confessione, vel ut non implet poenitentiam injunctam; cum in hoc Sacramento magis intendi debeat salus poenitentis & ejus emundatio, quam satisfactio pro poena, utpote cum id cadat in majorem Dei gloriam, qui potissimum vult salutem peccatoris, & alias nihil propterea de satisfactione Deo debita pro poena temporali excidat; quia si peccator in praesenti vita non plene satisfaciatur, solvet in alia usque ad novissimum quadrante. Unde Gerson in regul. moral. capite de poenitentia, dicit turis esse cum parva poenitentia, quae sponte suscipitur, & verisimiliter adimplebitur, ducere confessos in purgatorium, quam cum magna non implenda precipitare in infernum. Et Cajetanus in Summa, verbo satisfactio, ait debet esse dispositio poenitenti dandam esse satisfactionem parvalem, ut parvulus ignis soveatur apposta palea, nec suffocetur appositis lignis desuper.

Sunt

Sunt etiam plures Doctores qui existimant, quod si conflet Sacerdoti poenitentem ante confessionem sufficienter satisficisse pro peccatis, non teneri ullam satisfactionem illi imponere: si enim (inquiunt) quo major praecellit in poenitente pro suis peccatis satisfactio, eo minore potest Confessarius poenitentiam imponere; si praecellit condigna, poterit nullam imponere. Neque enim (subdunt) semper est de integritate iudicii hujus Sacramentalis satisfactio & injunctio poenae, sed tunc solum quando reatus aliquis poenae solvendus superest, & poenitio excedenda. Hac sententia probabilitate non caret; hunc tamen casum plane metaphysicum esse existimo, cum vix unquam citra revelationem consistere possit Sacerdoti, quod poenitens omnino perfecte satisfecerit.

46. Colligitur secundo ex dictis, teneri poenitentem poenitentiam sibi a Confessario injunctam acceptare, & acceptam adimplere, quidquid in contrarium doceant Cajetanus, Navarrus, & alii, dicentes poenitentem remittere posse solutionem poenae temporalis in aliam vitam. Patet etiam hoc corollarium ex dictis; tum quia poenitens non minus quam Sacerdos tenetur facere Sacramentum poenitentiae integrum: tum etiam quia potestas in iudice & superiore ad injungendum, & obligatio in inferiore ad obediendum, correlativa sunt: sed in Sacerdote est potestas ligandi poenitentem, injungendo ei satisfactionem, ut constat ex Tridentino sess. 14. cap. 8. ubi sic ait: *habent pro auctoritate (Sacerdotes) ut satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad novam vitam usque, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam, & castigationem: nam claves Sacerdotum non ad absolvendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas, etiam antiqui Patres, & tradunt & docent.* Ergo in poenitente est obligatio acceptandi poenitentiam a Sacerdote injunctam, & adimplendi acceptam. Unde ad id quod dicitur Cajetanus & Navarrus, posse poenitentem remittere solutionem poenae in aliam vitam, respondendum est, hoc esse verum absolute, spectata lege naturae, falsum vero in nova lege, & supposita institutione Sacramenti poenitentiae, in quo datum est Sacerdotibus iudicium de peccatis, & poenis pro illis subeundis.

Ex his sequitur primo, eum qui sponte venialia subicit Sacramento poenitentiae, teneri acceptare & adimplere poenitentiam sibi injunctam; quia licet nullus tenetur peccata venialia confiteri, supposito tamen quod aliquis ea confiteri velit, & clavibus Ecclesiae subijcere, tenetur ad praestandum quidquid ad essentiam vel integritatem Sacramenti necessarium est.

Sequitur secundo, non esse a Confessario absolvendum poenitentem illum, qui ita dispositus est, ut nullam poenitentiam ab illo acceptare velit, dicens se velle remittere solutionem poenae temporalem ad aliam vitam; ille enim non est ad hoc Sacramentum dispositus, cum praestare velit id quod requiritur ad ejus integritatem.

Sequitur tertio, non posse poenitentem propria auctoritate commutare sibi poenitentiam a Confessario injunctam in evidentem meliorem: tum quia cum non exequatur sententiam iudicis, non satisfacit ejus praeccepto, sicut non satisfacit Ecclesiae praeccepto, qui loco jejunii, ad quod obligatur, facit alia meliora. Tum etiam, quia illud aliud opus, cum non sit ei injunctum virtute clavium, rationem satisfactionis sacramentalis habere nequit.

Sequitur quarto, poenitentem teneri, quam primum commode potest, vel saltem antequam novam confessionem faciat, poenitentiam sibi injunctam adimplere, quia antequam ad novum Sacramentum conficiendum accedat, tenetur praecedens perficere. Qui vero ex oblivione vel negligentia poenitentiam injunctam suo tempore non adimplevit, alio tempore illam adimplere tenetur: nisi injuncta fuerit a Confessario ut certo die adimplenda: puta jejuniis in vigilia Nativitatis Beatae Virginis; tunc enim si die illa non jejunavit, non tenetur alio die jejunare, sed tantum de omissione dolere, eamque suo tempore confiteri; quia talis poenitentia est addicta certo tempore, quo elapso, non amplius obligat: sicut quia praecceptum de recitando officio, vel de audiendo sacro, certo tempore additum est, eo elapso non amplius obligat. A fortiori non tenetur poenitens facere aliam poenitentiam, si ad eam que sibi a Confessario imposta est, fiat impotens; ut si propter infirmitatem fiat impotens ad imponendum jejuniis exequendum, non tenebitur eleemosynam facere, vel orare.

Tertio, ex supra dictis colligitur, satisfactionem sacramentalem in peccato adimpletam, non fortiri suum effectum, quando poenitens est in statu peccati, bene tamen postea, quando tollitur fictio.

47. Prima pars hujus corollarii patet, ex dictis conclusionibus secunda, nam, ut ibi ostensum est, praecipuus & primarius effectus satisfactorum sacramentalis est quo ceteri minus principales (et sunt remissio poenae temporalis, &

Theol. Gomez, Tom. V.

collatio auxiliorum ad evitanda in posterum peccata) dependet, est augmentum gratiae habitualis: Sed tale augmentum poenitenti conferri nequit, quomodo est in statu peccati; cum augmentum gratiae primam ejus infusionem supponat: Ergo satisfactio sacramentalis in peccato mortali adimpleta, suum effectum habere nequit.

Quod vero illam postea habeat, quando poenitens per contritionem, vel per attritionem cum Sacramento, fictionem tollit, patet ex eo quod satisfactio ut pars Sacramenti, imitari debet naturam totius: At Sacramentum poenitentiae, si contingat esse informe, recedente fictione, confert suum effectum ex opere operato, ut supra disp. 10. art. 1. ostensum est: Ergo & satisfactio.

Ex hoc corollario sequitur aliud, nempe satisfactionem sacramentalem ex malo fine veniali, puta ex vana gloria, impletam, conferre suum effectum ex opere operato; secus vero illam quae fit ex fine mortaliter malo, quia augmentum gratiae & caritatis non est impossibile cum peccato veniali, bene tamen cum mortali.

Confirmatur: Eodem proportionali modo philosophandum est de satisfactione sacramentali, ac de confessione sacramentali: Sed confessio sacramentalis ex malo fine veniali facta, non privatur suo effectu ex opere operato, bene autem illa quae fit ex fine mortaliter malo: Ergo & satisfactio sacramentalis.

Demum ex supra dictis colligitur, satisfactionem sacramentalem suum effectum ex opere operato non conferre ante absolutionem, quamvis ante illam impleta fuerit. Ratio est, quia satisfactio sacramentalis nequit suum effectum ex opere operato conferre, nisi ut pars integralis Sacramenti: Sed nequit esse pars integralis Sacramenti, nisi supponat Sacramentum essentialiter constitutum, scilicet absolutione facta: Ergo nequit ante illam suum effectum ex opere operato conferre. Minor probatur: Pars integralis pendet ab essentiali, nisi enim sit essentia Sacramenti, nequit esse pars integralis illius, sicut nequit esse pars integrans hominem, nisi supponat essentialiter hominem constitutum.

ARTICULUS IV.

An possit unus Confessarius tollere vel saltem commutare poenitentiam ab alio prius impostam.

48. **F**atentur omnes quod si poenitentia ab uno Sacerdote prius injuncta, non fuerit rationabiliter & cum discretionem imposta, poterit alius Sacerdos, licet ei non superior, poenitentiam illam commutare vel moderari. Tum quia Sacerdos ex vi clavium non habet potestatem imponendi poenitentias irrationabiles, & fini Sacramenti improporcionadas. Tum etiam quia hic actus non est actus jurisdictionis, sed prudentiae; unde in eo casu non solum Confessarius, verum etiam alius quisvis homo doctus, per viam consilii poenitentiam illam inconsiderate & (ut loquuntur Theologi) *errante clave* injunctam, moderari potest: solum igitur controversia est, an quando poenitentia proportionatur tam peccatis quam facultati poenitentis, ac proinde illud ad sui executionem obligat, possit ex rationabili causa ab alio Confessario mutari? Negant Soto, Nugno, Ledesma, & Philippus a S. Trinitate. Afirmat Sylvester, Suarez, Valquez, Sylvius, Candidus, & alii. Addunt Navarrus, Henriquez, Valentia, & Sa, id posse fieri etiam extra confessionem, & non auditis peccatis pro quibus talis poenitentia fuit injuncta. Quin ulterius censent Navarrus, Henriquez & Candidus, inferiorem Sacerdotem mutare posse poenitentiam impostam a superiore, propter peccata reservata. Pro resolutione difficultatis, & probabilioris sententiae explicatione

Dico primo: Nullus Sacerdos, sive inferior, sive aequalis, sive superior, potest poenitentiam ab alio injunctam omnino tollere.

Probatur ratione fundamentalis: Sacramentum poenitentiae debet indispensabiliter esse integrum, cum haec integritas sit de jure divino, & Christi institutione: At si Sacerdos aliquis poenitentiam ab alio injunctam omnino tollerit, Sacramentum non esset integrum, quia careret satisfactione quae est pars ejus integralis: Ergo nullus Sacerdos sive inferior, sive aequalis, sive superior, potest poenitentiam ab alio injunctam omnino tollere.

Dico secundo, quavis legitimus Confessarius mutare potest poenitentiam ab alio impostam propter peccata non reservata; sed non nisi in confessione, & auditis peccatis pro quibus fuit imposta.

Prima pars probatur: Poenitens habet jus eadem peccata una confessio, alteri iterum confitendi: Ergo quilibet legitimus Confessarius habet potestatem ea iudicandi & condigna poenitentia puniendi. At poenitens non tenetur duplicem de iisdem peccatis condignam satisfactionem subire, nec ad hoc rationabiliter cogi potest: Ergo poterit ex causa rationabili, relicta poenitentia prioris Confessarii, exequi poenitentiam posterioris.

V

Confir.



Confirmatur: Potest superior penitentiam ab inferiori in iunctam commutare, ut fatentur Adversarii: Ergo & quilibet alius legitimus Confessarius id similiter potest. Probatur consequentia, quia licet respectu jurisdictionis unus Sacerdos alteri superior sit, respectu tamen iudicii sacramentalis omnes Sacerdotes jurisdictionem habentes, sunt aequales, cum omnes aequalem a Deo accipiant potestatem in susceptione Ordinis: Sed Confessarius non in iunctam penitentiam sacramentalem, nisi ut iudex in hoc foro a Christo constitutus in Ordinis susceptione: Ergo omnes legitimi Confessarii quantum ad potestatem imponendi vel commutandi penitentiam sacramentalem, pro peccatis non reservatis, sunt aequales; unde distinctio illa Iudicis superioris & inferioris non valet in proposito, nisi quantum ad penitentiam pro peccatis reservatis in iunctam, quia reservatio peccatorum non est actus potestatis Ordinis, sed jurisdictionis, in qua Sacerdotes, & Confessarii sunt inaequales.

53 Dices: Non potest Confessarius in foro interiori sententiam alterius sibi equalis revocare, sicut in foro exteriori nequit unus Iudex, nisi sit superior, mutare sententiam alterius, quia ut communiter dicitur, par in parem non habet imperium: Ergo non potest Confessarius penitentiam ab alio Confessario sibi equali in iunctam commutare.

Respondetur, concessio Antecedente, negando Consequentiam: Confessarius enim commutando penitentiam non revocat propriam sententiam alterius sibi equalis a quo in iuncta fuit, sed proferit suam, & penitentiam liberam relinquunt cui voluerit se submittere; unde in eo casu unus Confessarius non exerceat jurisdictionem supra alium, sed supra penitentem, in cuius gratiam institutum est hoc Sacramentum. Nec est eadem ratio de Iudice fori exterioris, tum quia tale forum in favorem rei non est institutum, sicut sacramentum penitentiae, tum etiam, quia cum mutatio sententiae in tribunali forensi fiat in foro externo, minueretur fama alterius Iudicis; mutatio vero sententiae sacrae, cum fiat in foro interno conscientiae, nullam potest inferre iniuriam vel famam diminutionem Confessario, qui penitentiam imposuit.

54 Secunda pars conclusionis, quae asserit Confessarium non posse mutare penitentiam ab alio impositam, nisi in confessione, & auditis peccatis propter quae fuit imposita, probatur breviter contra Navarrum, & Henricum, a quoque Auctores supra citatos, quia commutatio illa penitentiae est actus iudicialis: Sed actus iudicialis exerceri non potest incognita causa: Ergo non potest Confessarius mutare penitentiam ab alio impositam, nisi auditus prius in confessione peccatis propter quae fuit imposita.

55 Confirmatur: Cum ad commutandam penitentiam necessarium sit unam relaxare, & aliam imponere, eadem est potestas imponendi & commutandi, & utraque procedit ab eadem virtute clavium: Sed penitentia sacramentalis nequit inungi nisi in ipso tribunali confessionis: Ergo nec commutari.

Dico secundo: Inferior sacerdos non potest mutare penitentiam impositam a superiore propter peccata reservata. Probatur contra eisdem Auctores: Eadem est potestas imponendi & commutandi penitentiam, & utraque procedit ab eadem virtute clavium, ut supra dicebamus: Sed inferior sacerdos non potest imponere penitentiam pro peccatis reservatis, cum ab illis non possit absolvi: Ergo nec potest commutare penitentiam pro peccatis reservatis a superiore in iunctam.

Confirmatur: Ut sacerdos possit commutare penitentiam pro aliquibus peccatis in iunctam, debet posse de illis ferre iudicium seu sententiam, cum commutatio illa penitentiae sit actus iudicialis: sed non potest sacerdos inferior ferre iudicium de peccatis superiori reservatis: Ergo nec penitentiam pro illis in iunctam commutare.

57 Dices: per absolutionem superioris sublata fuisse reservationem, ea vero sublata, peccata illa eodem modo se habere ac si nunquam fuissent reservata, atque adeo posse sacerdotem inferiorem ferre de illis iudicium, sicut de non reservatis.

Sed contra: Licet penitens a peccatis reservatis fuerit a superiore absolutus, non propterea tamen eodem modo se habet sacerdos inferior in ordine ad reservata, ac si ea non reservata; in illa enim per accidens tantum & ex suppositione prioris iudicii facultatem habet, per se autem in non reservata; unde potest penitentiam pro non reservatis in iunctam commutare, non vero impositam pro reservatis: quia sicut in materiam precedentis iudicii in quo reservatio sublata est, non habet jurisdictionem, sic neque in sententiam prolatam, & impositionem penitentiae factam a Praelato, in huiusmodi enim penitentiae a Praelato pro reservatis impositis involvitur tacitum praecipuum, ne possint ab alio commutari, nisi urgente gravi necessitate, & ad Superiorem recursus non facile pateat.

ARTICULUS V.

Utrum possit unus pro alio satisfacere?

Notandum primo, satisfactionem aliam esse sacramentalem, quae per modum partis integralis ad constitutionem sacramenti Penitentiae requiritur; aliam absolutam, & non sacramentalem, pro quam homo operibus a Sacerdote non in iunctis, conatur aliquam poenam temporali peccatis remissis debita tribuere Deo compensationem.

Notandum secundo, utramque satisfactionem dupliciter considerari posse, nimirum ut medicinam & remedium peccati, & ut compensationem poenae in purgatorio debite. His praemissis, pro resolutione difficultatis proponitur.

Dico primo: Unus non potest pro alio satisfacere, si satisfactionem consideret ut medicinam & remedium peccati. Ita D. Thom. hic quaest. 13. art. 2.

Probatur, quia medicina recipi debet & solet in eo tantum subiecto in quo est morbus; neque morbus unius naturae per remedium alteri applicatum: Ergo satisfactio in ratione medicinae solum prodest satisfaciendi; subindeque non potest unus pro alio satisfacere, si satisfactio ut medicina, & remedium peccati consideretur.

Dico secundo: Unus potest pro alio satisfacere, si satisfactio consideretur ut est compensatio poenae in purgatorio debite. Ita D. Thomas ibid. & constat tum ex articulo fidei quo credimus communionem Sanctorum; hunc enim articulum semper intellexit Ecclesia hoc sensu, ut bona opera existentium in gratia & caritate, communia sint omnibus, & invicem mutuum praestent commodum & utilitatem, etiam per modum satisfactionis pro poenis in purgatorio debitis: tum ex Tridentino sess. 25. c. 1. ubi docet animas in purgatorio detentas, multam juvari suffragiis, orationibus, aliisque bonis operibus vivorum in caritate existentium. Colligitur etiam ex illo Apostoli ad Coloss. 1. Adimpleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore ejus quod est Ecclesia. Quae verba, licet plures sensus admittere possint, ille tamen qui facit ad propositum, & quem tradunt Chryostomus, Theophylactus, Anselmus, & D. Thomas ibid. & Augustinus in Psal. 61. & 68. est ut Apostolus velit dicere, se non solum sustinuisse passionem suam in carne sua, ut conjunctis Christi passionibus sibi prodesset, sed etiam universae Ecclesiae, seu corpori totius Ecclesiae, pro qua Christus pati voluit non solum in se, sed etiam in membris suis.

Ratio etiam suffragatur: Omnes enim fumus unius corporis membra: unde sicut in corpore humano, unumquodque membrum, non in suam tantum, sed in aliorum etiam utilitatem operatur; ita in mystico Ecclesiae corpore, membra quae viva sunt & utiliter operari possunt, sibi invicem mutuum praestant commodum & utilitatem, bonaque sua opera poenalia & satisfactiones sibi invicem communicant, juxta illud Psalmista: Particeps ego sum omnium inimentum etc. & custodientiam mandata tua. Unde Apostolus ad Ephes. 5. nos admonet, ut quemadmodum Christus caput nostrum pro suo corpore se tradidit, ita & unumquodque membrum se tradat pro alio. Et ad Galat. 6. ait: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Nec obstat quod ibidem paulo post subjungatur: Unusquisque onus suum portabit: Sicut enim libro de consensu Evangelistarum cap. 30. ante medium Augustinus interpretatur, & ex eodem Beda in Epist. ad Galat. Nisi oneris nomen sub diversis significationibus acceperis, procul dubio parabis eundem sibi in loquendo esse contrarium, & hoc in sua sententia tam vicine positis verbis: qui cum paulo ante diceret, Alter alterius onera portate, postea dicit, Unusquisque proprium onus portabit. Sed alia sunt onera participantibus infirmitatis, alia reddenda rationis Deo de offibus nostris. Illa cum fratribus sustinentia communicantur: his propria ab unoquoque portantur. Sensus est, quod quantum ad meritum vel demeritum, unusquisque proprium onus portat, propter quod unus bene vel male factum, remuneratur solus, vel punitur: sed quantum ad id quod est alienam infirmitatem ferre, condolendo, compatiendo, & pro poenis temporalibus, peccatis aliorum debitis satisfaciendo, unus portare potest alterius onus. Unde in vitis Patrum lib. 5. qui de fornicatione infirmitur, num. 27. dicitur quod unus frater innocens, fingens se fornicatum fuisse, penitentiam egit pro alio qui reipsa fuerat fornicatus; & peccatum quod ille commiserat, ipsi fuit remissum.

Pro majori autem hujus conclusionis intelligentia ad 64 vertendum est, duobus modis fieri posse quod unus satisfaciatur pro alio, immediate scilicet, exhibendo pro poenis debitis peccato alterius condignam satisfactionem, seu applicando poenam temporalem quam in exercitio aliquo operis patitur, pro compensatione poenae temporalis quam alter pro peccato quoad culpam, & poenam aeternam remissio solvi deberet, & mediate, impetrando scilicet alteri

alteri auxilium quo per poenam satisfactionem, & per propria opera poenalia pro poena temporali debita peccato satisfaciatur. Utroque modo potest unus fidelis pro alio fidelibus viventibus satisfacere; pro animabus vero in purgatorio existentibus, solum primo modo; quia cum ille sit extra statum viae, non possit per suas operationes, & passionem Deo satisfacere, sed tantum satisfari.

Dico tertio: Unus non potest satisfacere pro alio satisfactione sacramentali.

Probatur: Ex Trident. sess. 14. c. 3. materia hujus Sacramenti sunt ipsi actus penitentis, qui virtute clavium elevatur ad esse Sacramenti: Ergo actus satisfactorii ab alio eliciti, non sunt apta materia virtute clavium elevabilis ad esse Sacramenti.

65 Dices primo: Confessarius potest penitentem injungere penitentiam per alium exequendam, ad petitionem ipsius penitentis, ut communiter docent Theologi: Ergo potest unus satisfacere pro alio, satisfactione sacramentali.

Sed nego Consequentiam; nam in tali casu opus illud satisfactorium, si consideretur praecise ut fit ab alio, non

est pars Sacramenti, sed solum ut fit ex penitentis ipsius petitione; quare talis petitio est formale in hac satisfactione, opus autem satisfactorium alterius est materiale illius, ordinatum ab ipso penitente; unde semper habetur quod satisfactio sacramentalis, quantum ad formale, est actus penitentis.

Dices secundo: Elemosyna facta pro famulo est 67 imperio vel consensu domini, censetur esse actus ipsius domini: Ergo similiter penitentia impleta ab alio ex imperio, vel consensu ipsius penitentis, censetur esse actus ipsius penitentis, subindeque apta materia hujus Sacramenti.

Respondetur negando etiam Consequentiam, elemosyna 68 enim fit a domino principaliter, a famulo enim non nisi instrumentaliter, cum illum non largiatur ex bonis suis, sed domini: penitentia vero ex imperio vel consensu penitentis impleta ab alio, fit ab illo ut a causa principali, quia fit ex propriis operationibus, puta oratione aut peregrinatione, qui sunt actus proprii peregrinantis vel orantis, non vero ipsius penitentis.

TRACTATUS SEXTUS DE SACRAMENTO EXTREMÆ UNCTIONIS.

Ad Questionem 29. Supplementi usque ad 34.

P R A E F A T I O.



OSTRUM ea quae par erat aut potuimus perspicuitate & diligentia de Sacramento Penitentiae, ejusque variis partibus, superiori tractatione egimus, restat doctrinae methodus & ordo postulat, ut de Extrema-Unionis Sacramento, ultimo quo morientes homines munimur, & aeternitatis sibi viam parant, differamus. Enimvero, si utriusque Sacramenti munera, quae ex Christi prima institutione sortimur, expendamus; erit sane nemini dubium, quin hoc postremum, alterum primo consuequi debeat, cum penitentiae consummatio quadam & completum sacra hac & Extrema-Unionis semper existimata sit. Idque etiam superius Concilium Tridentinum advertit sess. 14. ubi cum eam methodum quo nos utimur usupaverit, rationem subiungit, his verbis: Visum est sanctae Synodo praecedenti doctrinae de penitentia adungere ea quae sequuntur de Sacramento Extremæ-Unionis, quod non modo penitentiae, sed & totius Christianae vitae, quae perpetua penitentia esse debet, consummativum existimatum est a Patribus. Sed opera primum erit utriusque Sacramenti vel peccato mortuorum, vel vitae morientium, paucis collationem inire: hinc enim palam fiet, eam esse utriusque cognationem & fidem, ut minime se juncti debeant, aut commode possint. Et primum quidem Sacramentum Penitentiae ad delendas peccatorum maculas, eluendas sordeas, curandos animorum morbos, fuisse institutum, nemo negat: sed praetera desiderari poterat, & necessarium videbatur alterum Sacramentum, quo peccatorum, sordisque ac morborum reliquia, quae nondum summam mundiciam, integramque sanitatem consecuti habere solent, detergerentur: id vero munus est sacra morientium unionis, eaque vis: nam, ut inquit Tridentinum sess. 14. cap. 2. Res & effectus hujus Sacramenti, gratia est Spiritus Sancti, cujus unctio delicta, si qua sunt expandenda, ac peccati reliquia abstergit. Unde non immerito penitentiam, cujus vel ipsum nomen poenam, laborem, circumspectam significat, acce & moribus vinum esse dixerit, quod pios Samaritanos vulneribus curandis infundit: Sed quis neget Extremæ-Unionis Sacramentum adhibere oleum quo liniantur & foveantur vulnera, & in moriente homine integra sanitas animae recuperetur?

Sed praeter eam collationem exemplo confirmatam, altera sponte & bene non cogitantibus sese offert. Nec equidem e seruitute demonia, a quo detinebamur captivi, cui veluti serui eramus addicti (a quo enim qui superatus est, hujus & servitus effectus est) Sacramentum Penitentiae eripit, & veluti catenas exonerat, vinculisque exsoluit, in libertatem filiorum Dei asserit: sed non adeo suis iuribus, est summa injuria, in hominem infinito sanguinis Christi merito redemptum, gratia exornatum, Deique filium, praetensis demon cessit, ut non aerum atque iterum seipsum pugnam insuaret, ac postremum ultimo mortis articulo, cum jam ultima res agitur, nec semel amissa victoria, postea recuperari unquam potest: tunc enim viribus omnibus quibus valet existit, contra omnem adhibet, nihilque non tentat. Sed non desuit supra periculo periculum Dominus: sacri Christum Extrema-Unionis, feliciter, quam alio in passivo fieri solentem esse, pugnantium hominem, velut atblesam in agone vel agonia constructum, ad incedendam contra demonem pugnam invigilat, & ad victoriam reparandam vires addit. Sed hac accipere elegantiam a Tridentino Concilio sess. 14. in praefat. doctrinae de Extrema-Unionis, quam a me dici possent: Clementissimus Redemptor noster, qui servis suis quovis tempore voluit de salutaribus remediis adversus omnia hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramento preparavit, quibus Christiani conservare se integros, dum viverent, ab omni graviore spiritus incommodo possent: ita Extrema-Unionis Sacramento finem vitae tanquam firmissimo quodam praesidio munivit. Nam est adversarius noster occasiones pro omnem vitam querat & capret, ut devorare animas quoquo modo possit, nullum tamen tempus est, quo vehementius ille omnes sine verlutia intendat, ad perdendos nos penitus, & a fiducia etiam, si possit, divinae misericordiae deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vite periclit.

Sed demum ultimam collationem, quae inihi potest, praeterire non debet. Sacramentum Penitentiae, secundum post naufragium tabulam Patres vocant, quae per turbidum mare, cum naufragii metu & periculo, ad aeternitatis portum tendimus: sed Extrema-Unionis Sacramento ipsum aeternitatis portum attingimus, & patriam salusamus, cum id exitum & singulare hoc Sacramentum habet, ut saluti spem roborat, divinae misericordiae fiduciam, ut inquit Tridentinum, in nobis excitet, & ad introitum gloriae hominem disponat. Unde non immerito, ut Baptismus Sacramentum fidei, Eucharistia Sacramentum amoris, ita Extrema-Unionis, Sacramentum spei nuncupari potest.

Hec habui, AMICE LECTOR, quae praefationis loco, & qualescumque hujus Tractatus de Sacramento Extrema-Unionis ornamentum scriberem. Hic vero erit nostrorum Disputationum ordo. Post desensam contra Haereticos hujus Sacramenti existentium, illius essentiam postea explicabo, & quae materia & forma componatur, subindeque praecipuos ejus effectus assignabo, ac demum de subiecto, & ministro ultimo loco disputabo.